

APPENDIX II.
DE PRIVILEGIIS

CAPUT I.

De Privilegiis in communi.

1. *Differentia inter privilegium, dispensationem et licentiam.* — 2. *Quando privilegium deroget juri communi.* — 3. *Quando privilegiatus tenetur uti privilegio.* — 4. *Utrum, extra sacramentum, censurae, etc.* — 5. *De clausulis: Ad instar, etc.* Quatenus sacris canonibus non adversetur, etc. Supplentes defectus, etc. — 6. 7. et 8. *De interpretatione privilegiorum.* — 9. 10. et 11. *De communicatione.* — 12. *De privilegiis regularium revocatis, cum declarationibus S. Pii V.* — 13. *De rescriptis gratiae et justitiae, utrum expirent morte Pontificis.* — 14. *Quot modis cesset privilegium.* — 15. *Quomodo cesset per revocationem.* — 16. *De revocatione expressa.* — 17. *De tacita, et utrum sit intimanda, vel saltem publicanda revocatio.*

Privilegium quid.

1. — Privilegium definitur: *Lex privata, aliquod speciale concedens beneficium.* — Privilegium differt a dispensatione: quae eximit a lege, et ideo semper est odiosa; differt etiam a licentia, quae conceditur tantum ad paucos actus.

De privilegiis in particulari inferius, proprio loco dicemus; hic tantummodo adnotabimus quasdam regulas advertendas circa privilegia in communi.

Clausula derogatoria quando requiratur.

2. — Et I^o. Ut privilegium deroget juri communi, *non requiritur clausula derogatoria*; praesumitur enim princeps jam scire leges communes.

Excipitur tamen 1^o. Quando privilegium non posset suum effectum sortiri sine hac expressa derogatione. — 2^o. Si in lege cui derogatur esset apposita clausula: *Non obstante quocumque privilegio*: hoc intelligitur, dummodo in privilegio non extet clausula: *Ex certa scientia*; vel: *Ex plenitudine potestatis*. Salmant. 1. — 3^o. Quando privilegium est contra ali-

quam consuetudinem aut legem municipalem. His enim non derogatur, nisi de illis specialis mentio fiat. Suarez 2, Castropalaus 3, et Salmant. 4 cum Pellizzario a), Tamburinio, etc.

3. — II^o. Privilegiatus *non tenetur, regulariter loquendo, uti privilegio* 5.

Sed excipiendum est 1^o. Si non utendo, grave damnum proximo inferret: hoc tamen intellige si per se, non vero consequenter: v. gr. si confessarius habeat privilegium absolvendi a peccatis reservatis, post auditam confessionem tenetur eo uti. Vide Salmant. 6 cum aliis. — 2^o. Si privilegium cedit in bonum commune, quemadmodum est privilegium immunitatis, quo unusquisque tenetur uti 7. — 3^o. Si privilegium tollat impedimentum ad observandum praeceptum: v. gr., si infirmus habeat domi oratorium privatum, et facile potest audire sacrum, tenetur privilegio uti. Suarez 8, Palaus 9, Sanchez 10, Salmant. a) cum Silvestro a),

Obligatio utendi, quando adsit.

1 Tr. 18, de Privileg., cap. 1, n. 42 et 43. — 2 De Legib., lib. 8, cap. 14, n. 8. — 3 Tr. 3, disp. 4, punct. 10, n. 11. — 4 Loc. cit., cap. 1, n. 8. — 5 *Ascan, Tambur.*, de Jure Abbat., tom. 1, disp. 16, qu. 10, n. 8. — 6 Reg. 61,

de reg. jur., in 6^o. — 7 Loc. cit., n. 11. — 8 Cap. *Si diligent* 12, de foro compet. — 9 De Legib., lib. 8, cap. 23, n. 8 et 9. — 10 Tr. 3, disp. 4, punct. 7, n. 2 et 3. — 11 De Matr., lib. 9, disp. 6, n. 14, i. m.

2. — a) Pellizzarius assertum istud quod sub 3 ponitur, non habet in *Manual. regul., tr. 8, cap. 1, n. 13*, quamvis indistincte pro omnibus a Salmant. adducatur.

3. — a) Salmant, *tr. 18, cap. 1*, ex parte tantum tenent cum S. Alphonso: « Quando impedimentum (inquiunt n. 13), obstandi observationi legis est commune, ut interdi-

Avila ^{a)} etc. — 4°. Si privilegium non est personale, sed reale, addictum loco vel dignitati vel statui; quemadmodum sunt privilegia concessa episcopis et regularibus. Vide Salmant. ¹.

4. - III°. Qui habet privilegium *pro foro poenitentiali*, etc., absolvendi a censuris et poenis ecclesiasticis, valde probabiliter potest eo uti etiam *extra sacramentum*; etiamsi facultas concepta esset in terminis: *Sacerdoti confessario*. Suarez ², Castropalaus ³, et Salmant. ⁴ cum Silvestro ^{a)}, Tabiena ^{a)}, etc., contra alios, qui probabiliter etiam negant.

5. - IV°. Loquendo de *clausulis*: clausula *Ad instar* importat, tunc valere privilegium, quando aliud (ad cujus formam

¹ Tr. 18, de Privileg., capit. 1, num. 17 et 18. — ² De Legib., lib. 8, capit. 6, num. 15 et 16. — ³ Tract. 3, disp. 4, punct. 2, § 5, num. 6. — ⁴ Tract. 18, de Pri-

secundum concessum est) fuerit validum saltem a principio, quamvis postea revocatum fuerit vel non acceptatum; ut advertit Pater Mazzotta ^{a)}. Alias enim, si primum privilegium fuerit nullum, nullum quoque erit secundum; dummodo in secundo non exprimat id quod conceditur. Suarez ^{b)}, Castropalaus ⁵, Salmant. ⁶ cum Bonacina ^{b)}, etc., et Pater Mazzotta ^{c)}. Hoc tamen currit (ut ajunt praefati auctores) quando dicitur: *Ad instar*; non vero si dicatur: *Sicut concessum est*, etc.; ut limitant Bonacina et Garcia apud Salmant. ^{d)}. — Clausula: *Quatenus sacris canonibus et decretis concilii Tridentini non adversetur*, intelligitur de iis tantummodo canonibus in quibus est expressum:

vileg., capit. 1, num. 33. — ⁵ Tract. 3, disp. 4, punct. 2, § 8, num. 2 et seqq. — ⁶ Tract. 18, de Privileg. capit. 1, num. 39.

Supplentes defectus

Privilegium quomodo interpretandum.

A quo.

Quatenus non adversetur, etc.

Non obstante quocumque privilegio. Salmant. ¹ cum Navarro ^{e)}, Suarez, Garcia, etc. — Clausula: *Supplentes singulos defectus*, intelligitur tantum de defectibus earum rerum, quae requiruntur solum de *jure positivo*, et qui sunt tantummodo accidentales; non vero de defectibus naturalibus aut substantialibus, utpote esset, si supplicans foret excommunicatus, aut si supplicatio foret subreptitia vel fraudulenta; aut si defectus esset circa causam aut personam supplicantis. Salmant. ² cum Barbosa et Tamburinio. — Aliae clausulae videri possunt apud Salmant. ³.

6. - V°. Loquendo de *Interpretatione* privilegiorum, plura adnotanda sunt. — Notetur 1°: omne privilegium interpretandum esse eo modo, quo privilegiato non sit neque inutile neque onerosum. Salmant. ⁴. — 2°. Privilegia solum princeps, vel alii, quibus a principe foret commissum, authentice vel juridice possunt interpretari. Doctrinaliter vero potest ea interpretari quicumque vir doctus, cujus resolutioni licite potest acquiesci, ut omnes affirmant; et quando in privilegio prohibetur quaecumque interpretatio, de sola authentica et juridica est intelligendum: vide Salmant. ⁵; aut ad summum intelligi debet de interpretatione quae fit *ex professo*, ut dictum est de legibus (*Tract. II, n. 200*). — 3°. A Clemente IV et ab aliis Pontificibus prohibentur episcopi interpretari juridice privilegia regularium. Solum id a Julio II et Paulo III (quando Apostolica Sedes consuli nequit) concessum est jurisperitis caeterisque iudicibus, in favorem regularium. Idem

¹ Loc. cit., n. 49 et 50. - *Suar.*, de Legib. lib. 8, cap. 18, n. 18. - *Hieron. Garcia*, Politic. regular., tr. 8, diff. 1, dub. 5, n. 5. — ² Loc. cit., n. 51. - *Barbosa*, de Clausulis, claus. 177, n. 2, 8 et seqq. - *Ascan. Tambur.*, de Jure Abbatum, tom. 1, disp. 18, qu. 6, n. 4 et 5. — ³ Loc. cit., n. 40 et seqq. — ⁴ Loc. cit., n. 70 et 71. — ⁵ Tr. 18, de Privileg., cap. 1, n. 72 et 73. - *Clemens IV*, Bulla *Ordinis*

^{e)} Navarrus, *Man.*, cap. 27, n. 109, id non habet, quamvis citetur a Salmant.

7. - ^{a)} Sanchez, *de Matr.*, lib. 8, disp. 1, n. 13, rem perspicue significat; loquitur enim de privilegiis, quae toti religioni sunt concessa, quae extendenda esse ait tamquam favorabilia: « Quia, cum non uni aut alteri personae concedantur, sed toti religioni aut com-

munitati in perpetuum, aequantur legi, ac proinde habentur ac si in juris corpore inserta essent: sunt enim constitutiones perpetuae ». ^{b)} Salmanticenses, *tr. 18, de Privileg.*, cap. 1, n. 83 et 84, eam doctrinam tenent cum hac limitatione: « nisi ex gravitate causae aut qualitate materiae, aliud praesumatur de intentione concedentis ».

7. - Notandum 4°. Quod, generaliter loquendo de privilegiis, omne privilegium *large* est interpretandum, ut habemus ex cap. *Olim 16, de verbor. signif.*, ubi dicitur: *Cum beneficia principum sint interpretanda largissime, etc.*, et ex l. *Beneficium*, ff. *de constit. princip.*

Contra vero, privilegia *odiosa* stricte sunt interpretanda; cujusmodi sunt illa, quae sunt derogatoria juris communis, aut statutorum et consuetudinum particularium: dummodo haec statuta non sint contra jus commune, aut dummodo privilegium non sit insertum *in corpore juris*; ideoque ajunt Sanchez ^{a)} et Mazzotta ⁷, omnia privilegia *realia* late esse interpretanda; ob suam enim perpetuitatem, habentur tamquam inserta in jure communi. — Insuper excipitur, si alias privilegium redderetur *inutile*; aut si in eo extaret clausula: *Ex certa scientia*, vel: *ex motu proprio*; vel si privilegium esset absolvendi, dispensandi aut communicandi illud ad alios. Salmant. ⁸. — Privilegia vero *in praejudicium aliorum*, cujusmodi essent, ad obtinenda plura beneficia, aut ad conferenda beneficia vacantia, aut contra observantiam regularem, stricte sunt interpretanda, etiamsi concessa fuerint *ex motu proprio*. Salmant. ^{b)}.

vestri, § 2, nonis Julii 1268, in Bullar. Rom. Mainardi, in Bullar. Praedicat. et Franciscan. - *Julius II*, Bul. *Inter caeteros*, § 2, 2 April. 1512, in Bullar. Mainardi. - *Paulus III*, Bulla *Rationi congruit*, § 23, 3 nonas Novembr. 1534, in Bullar. Mainardi. — ⁶ Loc. cit., n. 73 et seqq. — ⁷ Tr. 1, disp. 5, qu. 1, cap. 2, vers. *Respondet*. — ⁸ Loc. cit., n. 78 et seqq.

munitati in perpetuum, aequantur legi, ac proinde habentur ac si in juris corpore inserta essent: sunt enim constitutiones perpetuae ».

Forum poenitentialiale non est sacramentale.

Clausulae: Ad instar.

Privilegia late interpretanda.

Odiosa stricte interpretanda.

Limitationes.

In praejudicium aliorum, stricte interpretanda.

ctum..., vel si quis esset infirmus, incarceratus aliove modo detentus, et non posset ad ecclesiam accedere pro dicenda vel audienda missa, haberet tamen privilegium, ut eam in oratorio privato dicere vel audire posset; an iste in utroque casu posset renunciare tali privilegio et ab auditione sacri desistere? Et quidem si privilegium sit ex jure communi concessum, per quod in communi fuit impedimentum sublatum, haud dubium est teneri privilegium eo uti, ut praeceptum observet, ut in festivitibus in quibus suspenditur interdictum ex jure communi... ». Et *n. 14*: « Sed quando privatim per privilegium auferatur impedimentum, ut in duplici casu *n. praec.* allegato, per privilegium personale, licet plures auctores satis probabiliter dicant teneri privilegium uti in eo casu privilegio, et sacrum audire, ut praecepto illo die urgenti satisfaciatur, probabiliter oppositum diximus... Quod etiam modo asserimus, quia melius erit se juri communi conformare ». Et citant hic etiam Avilam, qui revera consentit, *de Censur.*, part. 5, disp. 4, sect. 2, dub. 6, concl. 2 et resp. ad 2. — Silvester vero nec satis accurate citatur a Salmant., nec quidquam habet, v. *Matrimonium VII, qu. 5*, vers. *Sextum*, quod ad rem praesentem faciat.

4. - ^{a)} Silvester et Tabiena a Salmant. ex Suarez allegantur; sed non satis ad rem faciunt nec Silvester, v. *Absolutio I, n. 1*, nec Tabiena, v. *Absolutio II, qu. 4, n. 7*.

5. - ^{a)} Mazzotta, *tract. 1, disp. 5, qu. 1, cap. 1*, v. *Sexto*, non loquitur de casu quo primum fuerit validum necne; de cetero concedat.

^{b)} Suarez, *de Legib.*, lib. 8, cap. 15, n. 6, loquitur non de *invalido* privilegio, sed de

eo quod *non reperitur*. « Si contingat, inquit, concedi privilegium ad instar, et postea nullum inveniri privilegium in loco, aut persona vel corpore, ad cujus instar alterum est privilegium concessum...; tale privilegium ad instar, ex vi illius generalis clausulae, nihil operari; neque esse validum, si in eo nihil aliud exprimitur et exemplum non invenitur ». — Eodemque sensu, licet obscurius loquatur, accipi potest Bonacina, *disp. 1, de Legib., qu. 3, punct. 7, § 1, n. 20*, scribens: « Si detur casus ut nullum inveniat privilegium, ad cujus instar aliud conceditur, hoc secundum est invalidum, quando privilegium ad instar generatim solum conceditur ».

^{c)} Mazzotta, *loc. supra cit.*, silentio praetermittit hanc partem.

^{d)} Quo melius explicatio haec seu limitatio intelligatur, exscribenda sunt ipsa Salmanticensium verba. « Ad valorem privilegii *ad instar*, inquit *tr. 18, de Privileg., cap. 1, n. 39*, requiritur necessario, ut privilegium illud, ad cujus similitudinem est concessum, habeat ab initio effectum et valorem, et sit vere privilegium; alias nulla erit concessio, Suar..., Pal..., Bonac. et Garc...; qui hoc bene limitant, quando princeps in hoc privilegio *ad instar* expressit quid concedat, dicendo: *Concedo tibi hanc facultatem dispensandi in votis, carnes comedendi, etc., sicut habet Petrus*. Tunc licet Petri privilegium sit nullum, tibi concessum valet; quia concessio facta satisque explicata, per illam particulam ad similitudinem non irritatur; non enim apponitur ut conditio, sed exempli gratia ». Et re quidem vera sic loquuntur Bonacina, *loc. cit.* in nota praeced.; Garcia, in sua *Politic. regular.*, *tr. 8, diff. 1, dub. 3, n. 1*.

8. - Hoc vero intelligendum est de privilegiis concessis personis particularibus. — Sed ea quae sunt concessa alicui *ordini*, conventui, communitati, aut ad aliam *piam causam*, omnia sunt interpretanda, non modo late, sed etiam *latis-sime*, etiamsi adversentur juri communi vel alicui tertio; quemadmodum communissime affirmant doctores: Suarez ¹, Castropalaus ^{a)}, Mazzotta ^{a)}, et Salmant. ² cum Azor, Laymann ^{a)}, Silvestro ^{a)}, Bonacina ^{a)}, Henriquez ^{a)}, Coninck ^{a)}, Lezana ^{a)}, Bordono et aliis. — Privilegia enim communitatibus concessa praesumuntur omnia esse remuneratoria servitorum praestitorum; et ideo omnia habentur tanquam favorabilia, ex I. *Sunt personae 43, ff. de religio. b)*. Vide Salmant. ³.

9. - VI^o. Loquendo de *communicatione* privilegiorum, adnotetur 1^o. Quod *religiones mendicantes* communicant in totum inter se de privilegiis praeteritis et futuris, tum circa personas, tum circa loca, festivitates et indulgentias; prout habetur ex bullis Sixti IV, Clementis VIII et Leonis X. Vide Salmant. ⁴. Et hoc currit, quamvis religio, cui concessum est privi-

legium, vel non acceptaverit vel eo usa non fuerit. Insuper quando ampliatur privilegium alicui religioni concessum, intelligitur ampliatur etiam quoad alias. Salmant. ⁵. Insuper hae religiones mendicantes communicant privilegiis caeterarum religionum, vel congregationum, vel collegiorum monasticorum vel non monasticorum. Ita communissime Salmant. ⁶ cum Rodriguez, Pellizzario, Tamburino, etc. — Et hoc valet, etiamsi in privilegio concessa alteri religioni vel congregationi, adsit clausula *quod non communicetur*, nam in aliis bullis de communicatione dicitur, quod tollitur quodcumque impedimentum communicationis ^{a)}. Salmant. ⁷ cum Rodriguez, Bassaeo, Miranda ^{b)}, Chassaing, Diana, Donato, etc.

Hujusmodi privilegiis perfruuntur tam conversi (ipsi enim vere religiosi sunt: vide Salmant. ^{c)}), quam novitii; quemadmodum declaravit Clemens VIII ^{d)}, et est communis sententia (quidquid dicant quidam pauci) cum Suarez ⁸, et Salmant. ⁹ cum Sanchez, Castropalaus, Lezana, Pellizzario et aliis. — Fruuntur quoque religiosi ad episcopatum promoti; dummodo

Et cum ceteris institutis.

Non obstante clausula contraria.

Conversi et novitii fruuntur privilegiis.

Item promoti ad episcopatum.

¹ De Legib., lib. 8, cap. 27, n. 7. — ² Tr. 18, de Privileg., cap. 1, n. 27 et 28; n. 85 et 86. — *Asor*, part. 1, lib. 5, cap. 23, qu. 2, v. f. — *Bordon.*, Variar. resolut. part. 2, resol. 52, n. 23 et seq. — ³ Loc. cit., n. 23 et 27. — *Sixtus IV*, Bulla *Dum attenta*, 28 Novembr. 1476, n. 69, in Bullar. Carmelitar. — *Clemens VIII*, Breve *Decet Romanum*, 5 Junii 1505, in eod. Bullar. Carmel. — *Leo X*, Breve *Dudum per nos*, § 1, 10 Decembr. 1519, in Bullar. Rom. Mainardi. — ⁴ Loc. cit., n. 88, 89. — ⁵ Loc. cit., n. 98 et seq. — ⁶ Loc. cit., n. 90. — *Rodrig.*, Quaest. regular., tom. 1, qu. 55, art. 1, 7, 9, 11. — *Pelliz.*, tr. 8, cap. 1, n. 41. —

8. - ^{a)} Castropalaus, *tr. 3, disp. 4, punct. 10, n. 5 et 6*; Mazzotta, *tr. 1, disp. 5, qu. 1, cap. 2, v. Respondeo*; Laymann, *lib. 1, tr. 4, cap. 23, n. 5, v. Dixi autem*; Bonacina, *disp. 1, qu. 3, punct. 7, § 1, n. 5*; Henriquez, *lib. 7, cap. 22, n. 3, litt. m*, in comment.; Coninck, *de Matr., disp. 33, n. 16*; Lezana, *Sum.*, v. *Privilegia regularium, n. 9*, ejusmodi privilegia late, vel (ut Bonacina et Henriquez) ample interpretanda esse dicunt. — Silvester vero, etsi a Salmant. allegatur, haec dumtaxat habet, v. *Privilegium, qu. 3*. « Privilegium quod sapit beneficium, latissime interpretatur ».

^{b)} In citata enim lege haec habentur « Summam esse rationem, quae pro religione facit ».

9. - ^{a)} Vel, sicuti dicunt aliqui ex allegatis auctoribus: non obstante dicta clausula, communicantur nihilominus, quando genera-

lis et absoluta privilegiorum communicatio in aliis bullis conceditur.

^{b)} Miranda, *Man. praclat., tom. 2, qu. 46, art. 5, concl. 2*, assertum principale non habet; sed solum refert privilegia, quae concedunt communicationem cum aliis religionibus quibuscumque, in privilegiis quomodolibet concessis et concedendis.

^{c)} Hi nempe qui tria vota substantialia emittunt. Et si quidem solemniter: « Isti, inquit Salmant. *tr. 15, cap. 1, n. 34*, apud omnes sunt veri et simpliciter religiosi ». Si vero simpliciter tantum vota nuncupent: « De his (n. 35), asserimus esse veros religiosos, et fungi omnibus religiosorum privilegiis... quia qui tria vota substantialia sub certa regula a Sede Apostolica approbata emittunt, sunt veri religiosi ».

^{d)} « Sic dicunt declarasse Clementem VIII

non agatur de rebus quibus episcopi si utantur, aliquod religioni praejudicium proveniret, ut esset habitatio in monasterio, datio suffragii, etc. Vide Salmant. ¹ cum Suarez, Lezana et Castropalaus. — Tertiarii autem et tertiariae (vel beatae) subditae mendicantibus, et quae habitum religionis deferunt et votum habent castitatis (quibusdam tantum rebus exceptis), eorum quoque privilegiis gaudent, sed quatenus sunt capaces. Confratres scapularis et cinguli (vocati *cordonis*), etc., fruuntur tantum et participant in omnibus indulgentiis et remissionibus peccatorum; sed non in alio. Salmant. ² cum aliis.

Tertiarii, quando fruuntur.

Confratres scapularis.

Moniales fruuntur privilegiis ordinis.

10. - Notandum 2^o. *Moniales* tam ordinum mendicantium, quam non mendicantium, gaudere privilegiis monachorum sui ordinis, et consequenter cujuscumque alterius ordinis, in omnibus quorum sunt capaces (intellige de favorabilibus). Hoc valet, etiamsi privilegium tantum de hominibus loqueretur, ut deducitur ex bulla Leonis X. Atque ita e contrario, Fratres gaudent privilegiis monialium ordinum, ex eo quia ipsi communicant (ut superius dictum est) privilegiis concessis cuicumque religioni, congregationi aut monasterio. Vide Salmant. ³. — Sed redeundo ad moniales; hujusmodi privilegiis gaudent etiam illae, quae Pontifici aut episcopo subjiuntur; atque ita, quando religiosi conceditur privilegium ut absol-

Etiam subditae episcopis.

¹ Loc. cit., cap. 5, n. 43. — *Suar.*, de Relig., tr. 8, lib. 3, cap. 18, n. 2 et 3. — *Lezana*, *Sum.*, tom. 1, cap. 17, n. 18. — *Castropal.*, tr. 16, disp. 4, punct. 24, n. 24. — ² Tr. 18, de Privil., cap. 1, n. 94. — *Leo X*, Brev. cit. *Dudum per nos*, 10 Decembr. 1519, § 1. — ³ Tr. 18, de Privileg., cap. 1, n. 91. — ⁴ De Legib., lib. 8, cap. 10, n. 6 et 7. — ⁵ De Legib., disp. 1, qu. 3, punct. 7, § 2, n. 2. — ⁶ Loc. cit., n. 92 et seq. — *Castropal.*, tr. 3, disp. 4, punct. 12, n. 1. — *Lezana*, *Mar. magn. Carmelitar.*, n. 385. — *Pelliz.*, tr. 8, cap. 1, n. 72. — *Bordon.*, Variar., resol. part. 2, resol. 52, qu. 24,

vantur vel dispensentur a suo praelato, moniales subjectae episcopo possunt quidem ab eodem absolvi et dispensari. Et hoc currit, etiamsi in privilegio nominarentur tantum moniales quae regularibus subditae sunt ^{a)}. Suarez ⁴, Bonacina ⁵, et Salmant. ⁶ cum Castropalaus, Lezana, Pellizzario, Bordono, Bassaeo et aliis, contra paucos.

11. - Notandum 3^o. Privilegia *non communicari* quando sunt odiosa, vel contraria propriis statutis, adeo ut praejudicent bono sive communi observantiae religionis. — Castropalaus ⁷, et Salmant. ⁸ cum Pellizzario, Lezana, Portellio, Tamburino, Bordono.

Odiosa non communicantur.

Notetur 4^o. Privilegia alicui concessa, non tamquam personae particulari, sed ratione sui officii seu dignitatis, vel tamquam membro illius communitatis; intelliguntur concessa omnibus aliis ejusdem officii aut ejusdem communitatis. Et privilegia concessa subditis seu praelatis inferioribus, etiam praelatis superioribus concessa intelliguntur. Salmant. ⁹. — Similiter, privilegia concessa alicui conventui aut ecclesiae, aut particularibus aliojus conventus, sed tamquam membris illius, intelliguntur quoque concessa caeteris religiosi tam illius ordinis, quam aliorum qui communicationem habent, quando scilicet eadem vel similis ratio militat. Salmant. ¹⁰ cum Pellizzario ^{a)}, Garcia ^{a)}, Quintanadvenas, Tamburino ^{a)}, etc.

Concessa ratione officii communicantur.

Concessa inferiori communicantur superiori.

Concessa alicui conventui, ceteris communicantur.

n. 69. — *Bass.*, v. *Privilegium V*, n. 7. — ¹ Tr. 3, disp. 4, punct. 2, § 9, n. 2. — ² Tr. 18, de Privileg., cap. 1, n. 100; cfr. n. 101. — *Pelliz.*, tr. 8, cap. 1, n. 45 et 48. — *Lezana*, *Summ.*, tom. 2, cap. 1, n. 52 et 56. — *Portel.* (non cit. a Salm.), *Dubia regular.*, v. *Communicatio privilegiorum*, n. 8 et 10. — *Ascan. Tambur.*, (non cit. a Salm.) de Jure Abbatum, tom. 1, disp. 17, qu. 6, n. 3 et 4. — *Bordon.*, Variar. resol. part. 2, resol. 52, n. 75 et 94. — ³ Loc. cit., cap. 1, n. 110 et 111. — ⁴ Loc. cit., n. 114. — *Quintanadvenas*, Singular. ad 5 Eccles. praecepta, tr. 2, sing. 15, n. 2 et seqq.

plures ex doctoribus infra citandis inquit Salmanticenses, *loc. cit.*

10. - ^{a)} Ex auctoribus citatis, Suarez, Bonacina et Castropalaus dicunt utique moniales communicare in privilegiis fratrum sui ordinis, modo tamen in privilegio non dicatur: *vis religiosi*; sed silentio praetereant moniales episcopo subjectas. — Deinde notandum est nullum auctorem a Salmant. allegari pro ultima ampliatione, quod scilicet moniales episcopo subjectae communicatione gaudeant,

etiamsi in privilegio nominarentur tantum moniales quae regularibus subditae sunt; Bordonus tamen eam habet.

11. - ^{a)} Pellizzarius, *loc. cit.*, n. 42 et seqq.; Hieron. Garcia, *Politic. regul.*, tr. 8, diff. 1, dub. 4, n. 8; Ascan. Tamburinus, *loc. cit.*, disp. 17, qu. 2, n. 1 et seqq., communicationem istam concedunt absolute, sine distinctione similis aut absimilis rationis. Garcia tamen excipit casum quo in privilegio exprimitur motivum concessionis, ut si dicatur ali-

Limitatio. — Sed hoc non est intelligendum de privilegiis quae conceduntur alicui congregationi ad tempus determinatum; vel per breviam particularia sunt concessa alicui monasterio ob specialem aliquam causam; vel quando agitur de rebus quae difficile solent concedi. Salmant. ¹ cum Peyrino, Tamburino, Merolla, etc.

Privilegia per Tridentinum revocata.

12. - VII^o. Certum est, ut habetur ex propos. 36 damnata ab Alexandro VII, religiosos non posse amplius uti privilegiis jam revocatis per concilium Tridentinum. — Verum, hoc non obstante, attendendae sunt quaedam declarationes concilii factae per S. Pium V in sua bulla *Etsi mendicantium*.

Quaedam privilegia regularium.

Hae sunt: 1^o. Quod saeculares possunt audire sacrum et conciones in ecclesiis regularium. — 2^o. Quod episcopus nequeat impertiri licentiam ingrediendi monasteria monialium exemptarum. — 3^o. Quod quarta funerum non intelligitur, nisi de eo quod affertur. Vide Salmant. ².

Confessarii monialium ab episcopo approbandi.

— 4^o. Quod confessarii monialium exemptarum, et concionatores regulares in propriis ecclesiis, non examinentur ab Ordinario. Verum, quod attinet ad confessarios, hoc privilegium abrogatum est per varias Apostolicas constitutiones, et praesertim per bullam *Apostolici ministerii*, emanatam ab Innocentio XIII anno 1723, et confirmatam per Benedictum XIII die 23 Septembris anni 1724. Ibi ³ declaratur, quod confessarii monialium exemptarum debeant examinari et approbari ab episcopo dioecesis, *remota quacumque contraria consuetudine, etiam immemorabili*.

Rescriptum gratiae et iustitiae.

13. - VIII^o. Distinguendum est *rescriptum gratiae*, ut esset absolventi, dispensandi, etc.; a *rescripto iustitiae*, ut exer-

cendi jurisdictionem, appellandi, etc. — In rescripto gratiae dicitur *gratia facta*, quando delegatus habetur tamquam merus necessarius executor; *gratia facienda*, quando conceditur facultas dispensandi, et relinquitur arbitrio delegati.

Gratia facta, facienda.

Rescriptum iustitiae expirat morte principis, dummodo res adhuc sit integra; et idem de rescripto gratiae faciendae. Oppositum vero dicendum de rescripto gratiae factae, ut absolventi, recipiendi ordines *extra tempora*, de oratorio privato, etc. Castropalaus ⁴, Sanchez ⁵, Salmant. ⁶ cum Suarez. — Privilegium concessum cum clausula: *Donec voluero*, probabiliter non expirat post mortem concedentis. Salmant. ⁷. Quod si in concessione exprimitur officium delegati; mortuo delegato, transit etiam ad successorem. Salmant. ⁸.

Rescriptum quando expirat morte principis.

14. - IX^o. Privilegium multis modis cessare potest.

Privilegium quomodo cessat.

Et 1^o. Per *decursum termini* constituti.

2^o. Per *cessationem causae finalis*: intellige, quando privilegium est concessum sub conditione dictae causae. Sed quando concessum esset absolute, adest opinio valde probabilis, quod, etiamsi cessaret causa finalis, non cesset tamen privilegium. — Neque cessat, quamvis semel privilegio usi fuerimus: Salmant. ⁹, juxta id quod diximus de dispensatione, *Tract. II, n. 196, in fine*.

Cessatio causae finalis.

3^o. Ob *renuntiationem privilegiati*. In quo notandum est, quod particulares nequeunt renuntiare privilegiis communitatis; et ut valida sit renuntiatio, fieri debet in manu illius qui privilegium concessit, et ab eodem acceptanda. Vide Salmant. ⁹.

Renuntiatio privilegiati.

4^o. Per *usum contrarium* vel per *non-usum*: in dubio tamen, praesumptio sem-

Usus contrarius, non usus.

mittantis, 23 Sept. 1724, § 17. — ⁴ Tr. 3, disp. 4, punct. 16, § 3, n. 1 et § 4, n. 1. — ⁵ De Matr., lib. 8, disp. 28, n. 30 et 43. — ⁶ Tr. 18, de Privileg., cap. 1, n. 141 et seqq. — ⁷ Suar., de Legib., lib. 8, cap. 31, n. 1, 5, 7 et 19. — ⁸ Loc. cit., n. 149. — ⁹ Loc. cit., cap. 2, n. 3 et 4. — ⁹ Tr. 18, de Privileg., cap. 2, n. 5-8.

quod privilegium alicui sanctuario concedi propter imaginis devotionem, propter peregrinorum concursus, propter hospitium quod sustentat; tunc enim aliis non communicatur vi concessionis; quamvis ex alia ratione ceteris communicari possit.

13. - a) Hoc est intelligendum de casu quo exprimitur dumtaxat officium delegati; at vero: « Si dignitatis et personae nomen exprimat in concessione, iudicanda est non realis, sed personalis, nisi aliunde oppositum colligatur ». Ita Salmant., *tr. 18, cap. 1, n. 150*.

per est pro usu. — Sed in hoc advertendum est, quod privilegia gratiosa, quae non sunt aliis gravamini, ut absolventi, dispensandi vel non jejunandi, et his similia; haec nunquam amittuntur per non-usum aut etiam per usum contrarium, quamvis temporis longissimi. Suarez ¹, Bonacina ², Castropalaus ³, et Salmant. ⁴ cum Laymann, Pontio, Lezana, Garcia, etc. Privilegia contra, quae tertio sunt onerosa, ut non solvendi decimas et similia; haec praescribuntur per usum contrarium, et etiam per non-usum privativum (non vero dumtaxat negativum): quod accidit, quando privilegiatus, conscius jam sui privilegii, occasionebus oblatis sponte uti recusavit. Hoc autem currit, dummodo in privilegio non sit clausula *utendi ad sui arbitrium* a). Castropalaus ⁵, Bonacina ⁶, et Salmant. ⁷ cum Laymann, Garcia, Lezana, etc. Insuper hoc intelligitur pro foro externo; nam in conscientia non amittit privilegium, qui animum non habet renuntiandi. Vide Salmant. ⁸.

¹ De Legib., lib. 8, cap. 34, n. 17 et 27. — ² De Legib., disp. 1, qu. 3, punct. 8, § 5, n. 4. — ³ Tr. 3, disp. 4, punct. 18, n. 3; et punct. 19, n. 1. — ⁴ Loc. cit., n. 13. — ⁵ Laym., lib. 1, tr. 4, cap. 23, n. 22 et 23, i. f. — ⁶ Pont., de Matr., lib. 8, cap. 18, n. 21, 22 et 25. — ⁷ Lezana, Sum., v. *Privilegia*, n. 15 et 16. — ⁸ Hieron. Garcia, Politic. regul., tr. 8, diff. 1, dub. 5, n. 14. — ⁹ Loc. cit., punct. 18, n. 4 et 5; et punct. 19, n. 3. — ⁹ Loc. cit., n. 3. — ⁷ Loc. cit., cap. 2, n. 14 et 15. — ⁸ Laym., lib. 1, tr. 4, cap. 23, n. 21 et 23. — ⁹ Hieron. Garcia, loc. cit., n. 15. — ⁹ Lezana, Sum., v. *Privilegia*, n. 15 et 16. — ⁹ Loc. cit.,

Potest cessare etiam privilegium per *abusum*, sive in totum sive in partem. Salmant. b).

15. - Cessat 5^o. privilegium ob *revocationem principis*. — In hoc autem distinguere oportet privilegia gratuita, a remunerativis et ab onerosis.

Si privilegium est mere gratuitum, revocari potest valide, etiam sine justa causa a), quamvis hoc non excusatur, saltem a culpa veniali, si scandalum absit. Pontius ⁹, Castropalaus ¹⁰, et Salmant. ¹¹ cum Suarez, Sanchez, Bonacina, etc. Si vero cum privilegio translatum fuisset dominium alicujus rei in privilegiatum, illud revocari nequit nec licite nec valide b): nisi ob causam urgentissimam boni communis vel gravis delicti; vel ob illas causas, ob quas revocari potest quaelibet donatio. Castropalaus ¹², Bonacina ¹³, Suarez ¹⁴, et Salmant. ¹⁵ cum Pontio, Garcia, Lezana c), etc. — Sed si privilegium est remuneratorium vel ob justitiam vel ob gratitudinem, semper requiritur justa

Revocatio privilegii gratuiti.

Revocatio remuneratorii.

n. 18. — ⁹ De Matr., lib. 8, cap. 19, n. 13 et 15. — ¹⁰ Tr. 3, disp. 4, punct. 21, § 1, n. 1. — ¹¹ Tr. 18, de Privileg., cap. 2, n. 37. — ¹² Suar., de Legib., lib. 8, cap. 37, n. 10. — ¹³ Sanchez, de Matr., lib. 8, disp. 33, n. 11. — ¹⁴ Bonac., disp. 1, de Legib., qu. 3, punct. 8, § 3, n. 6. — ¹⁵ Tr. 3, disp. 4, punct. 21, § 1, num. 2 et 4. — ¹⁶ Disp. 1, de Legib., qu. 3, punct. 8, § 3, num. 5. — ¹⁷ De Legib., lib. 8, cap. 37, num. 7 et 9. — ¹⁸ Tr. 18, de Privileg., cap. 2, num. 29. — ¹⁹ Pontius, de Matr., lib. 8, cap. 19, num. 13. — ²⁰ Hieron. Garcia, loc. cit., dub. 6, n. 2.

14. - a) De hac limitatione ex clausula *utendi ad sui arbitrium* non loquuntur Bonacina, Laymann, Lezana; Garcia vero eam dumtaxat affert ex aliis auctoribus, sed neque eam reprobatur.

b) Salmanticensis dicunt utique, *n. 16*, eum qui privilegio abutitur, dignum esse qui eo spoliatur. Utrum tamen ipso facto privilegium amittat, non una est responsio: « Vel enim (ita Salmant. *n. 17*) in jure abutens privilegio, in poenam privatur illo; et tunc... requiritur ad minus sententia declaratoria criminis ad talem privationem... Vel abutens privilegio eo privatur, quia fuit illi concessum sub aliqua conditione, quae non apponitur propter abusum; et tunc ipso facto privatur privilegio, nulla exspectata sententia... Vel denique ob abusum cessat totalis finis privilegii; et tunc ipso facto cessat privilegium: vel in totum, si omnino cesset finis, vel quoad aliquam partem, si quoad illam finis cesset ». Ita quidem Salmant., sed ultimum dictum non admittit S. Alphonsus, qui

negat cessare privilegium, cessante causa illius, nisi privilegium sub conditione illius causae concessum esset; ut et ipsi Salmant. asserunt *ibid., n. 3*.

15. - a) Haec doctrina intelligenda est de privilegiis gratuitis, quae princeps *alicui sibi subdito* concedit; si vero alicui concessum fuerit qui *non sit concedentis subditus*, tunc privilegium etiam gratuitum, in contractum transit et jus quaesitum; ideoque « non potest amplius per ipsum concedentem revocari in praesudicium privilegiarii, ipso non consentiente, nisi in casu illo quo superveniat notabilis mutatio rerum, taliter quod privilegium jam censeatur notabiliter perniciosum regi vel regno ». Ita Salmant. *loc. cit., n. 28*, quibuscum consentiunt Bonacina, *loc. cit., § 3, n. 4*; Palaus, *n. 4*; Suarez, *n. 2 et 3*.

b) Postquam scilicet acceptatum est, ut notant Salmant., *n. 29*; et Palaus, *n. 2 et 4*.

c) Lezana, v. *Privilegia*, *n. 20*, affert ex aliis istam limitationem, quam ipse nec probat nec reprobatur.

causa, ut valide revocetur. Et si insuper est onerosum, ut, exempli causa, concessum ob pretium acceptum, vel ob aliquod onus privilegiato impositum; tunc, ut revocetur, (ultra justam causam) requiritur compensatio. Et hoc dicendum de privilegiis remuneratoriis ob justitiam; ut dicunt communiter DD., Suarez¹, Pontius² et Salmant.³ cum aliis.

16. - Revocatio vero privilegiorum alia est *expressa*, alia vero *tacita*. - Quoad *expressam*, regulariter loquendo sufficit clausula generalis: *Non obstantibus privilegus*, etc., ut revocentur omnia privilegia in contrarium.

Excipiuntur tamen 1°. Privilegia concessa *per modum contractus*, sive onerosa sint, sive remunerativa ob justitiam (ut supra dictum est), in quibus mentio specialis fiat meritorum in particulari. - 2°. Privilegia quae *clausulam* habent, quod non intelligantur derogata, nisi mentio particularis fiat. - 3°. Privilegia *regularium*, quae etiam specialem mentionem requi-

runt, quia sunt remunerativa; et videntur clausulam habere derogatoriam futurae revocationis, nisi eorum mentio specialis fiat: ut affirmant Rodriguez, Portellius et Miranda^{a)} apud Patrem Mazzotta^{a)}. - 4°. Privilegia inserta in *corpore juris*, quia tunc sunt verae leges; et ut revocentur, requiritur clausula specialis: *Non obstantibus legibus in contrarium*, etc. Suarez⁴, Bonacina^{b)}, Castropalaus⁵, Pontius⁶, Mazzotta^{c)} et Salmant.⁷ - 5°. Idem asserunt Bonacina, Sanchez^{d)}, Castropalaus, et Salmant. cum Molina^{d)}, Pellizzario aliisque quamplurimis (contra Pontium), de privilegiis concessis ab aliquo concilio generali; quae non censentur revocata, nisi per clausulam *expressam*: *Non obstante quacumque constitutione, etiam a concilio generali edita*; ut colligitur ex cap. *Ex parte* et cap. *ult., de capell. monach.*^{e)} Bonacina⁸, Castropalaus⁹, Sanchez^{d)}, et Salmant.¹⁰ cum Pellizzario, Bassaeo, etc.; contra Pontium¹¹. Opponit Pontius Ecclesiae praxim,

Castropal., loc. cit., § 4, num. 6. - *Salmant.*, loc. cit., cap. 2, num. 41. - *Pelliz.*, tr. 8, cap. 1, num. 98. - *Pont.*, loc. cit., cap. 19, num. 19. - ⁵ Loc. cit., num. 13. - ⁶ Loc. cit., num. 6. - ¹⁰ Loc. cit., num. 41. - *Pelliz.*, loc. cit., num. 98. - *Bass.*, v. *Privilegium III*, num. 3. - ¹¹ Loc. cit., num. 19.

cari per subsequens privilegium repugnans praecedenti, nisi ipsius fiat mentio, etiam si posterius insertum sit in corpore juris... Hoc tamen intelligi debet primo, modo prius privilegium non sit insertum in corpore juris; nam privilegio inserto corpori juris, derogari potest per posterius privilegium, juxta oppositionem quam cum ipso habet posterius privilegium ».

^{c)} Apud Mazzotta, loc. supra cit., id reperire nequivi.

^{d)} Sanchez, *de Matr.*, lib. 3, disp. 26, n. 7; et Molina, *de Just. et Jure*, tr. 2, disp. 173, n. 23, loquuntur de privilegio concesso *contra* legem concilii generalis: « Non... censetur derogatum (sunt verba Sanchezii) concilii generalis decretis, nisi expressa mentio fiat his verbis: *Non obstante aliqua lege aut constitutione in concilio generali edita* ». Quae profecto eadem dicenda sunt de privilegio concesso a generali concilio, cui scilicet non censetur derogatum, nisi expressa mentio fiat, etc.

^{e)} Cap. *Ex parte* 3 et cap. *Ad audientiam fin. de capell. monachor.*, pariter loquuntur de privilegio concesso *contra* statutum concilii generalis.

et quamdam declarationem S. Pii V. Sed Castropalaus cum Garcia respondet gratis id asseri; tantum inquit, a Garcia referri quemdam *motum proprium* S. Pii, in quo dicitur, quod concessionem, propria Pontificis manu signatae, non egent aliqua Tridentini revocatione neque generali neque speciali.

Omnes vero praefatae limitationes intelliguntur locum habere, *si non constet de contraria mente derogantis*; quemadmodum omnes ^{f)} praefati doctores communiter affirmant. Unde, si in lege revocatoria adsit clausula: *Ex certa scientia*, aut: *ex motu proprio*, aut: *de potestatis plenitudine*; tunc revocatur omne privilegium, quantumcumque qualificatum, exceptis onerosis, aut quando revocatio praejudicaret juri a tertio acquisito. Vide Salmant.¹

17. - Quod attinet ad revocationem *tacitam*, privilegia ante concessa intelliguntur revocata per quamcumque legem universalem in contrarium, etiamsi in ea non adsit clausula revocatoria, quando ipsa lex, vel novum privilegium aliis concessum non posset effectum intentum sortiri, nisi revocatis privilegiis antea concessis. Non praesumitur enim legislator

Castropal., tr. 3, disp. 4, punct. 21, § 4, n. 6. - *Nicol. Garcia*, de Benefic., part. 4, cap. 5, n. 32. - ¹ Tr. 18, de Privileg., cap. 2, n. 42. - ² De Legib., lib. 8, cap. 39, n. 2. - ³ De Matr., lib. 8, cap. 19, n. 19. - ⁴ Tr. 3, disp. 4, punct. 21, § 4, n. 10. - ⁵ Disp. 1, de Legib., qu. 3, punct. 8, § 3, n. 14. - ⁶ Tr. 18, de Privileg., cap. 2, n. 43 et 44. - *Quinta-*

^{f)} Omnes, scilicet: Salmant., n. 42; Bonacina, loc. cit., Palaus, n. 7; Bassaeus, loc. cit.

17. - ^{a)} Sotus et Henriquez allegantur a Salmant. ut asserit S. Alphonsus; verum Sotus, *de Just. et Jure*, lib. 1, qu. 1, art. 4, haec dumtaxat scribit: « Leges privilegiorum revocatoriae vim non habent, quoadusque promulgatae sint, non solum in provincia, verum in dioecesi ». - Melius autem Henriquez, licet breviter: « Privilegium, inquit lib. 7, cap. 20,

velle condere legem inutilem, aut concedere privilegium elusorium, sive generale, sive particulare illud sit. - Hoc tamen intelligendum est, quando privilegia prius concessa nota sint principi: quemadmodum praesumitur de omnibus privilegiis insertis in *corpore juris*. Quod e contra non praesumitur de aliis, quae existunt *extra jus*; unde horum specialis mentio est facienda. Suarez², Pontius³, Palaus⁴, Bonacina⁵, Salmant.⁶ cum aliis communiter.

Affirmant aliqui, ut Sotus^{a)}, Henriquez^{a)} et Quintanadvenas, quibus adhaerent Salmant.⁷, quod privilegium remanet in suo vigore, quousque revocatio non intimetur civitati vel religioni. - Verum ipsimet Salmant. postea⁸ se retractant, et merito, asserentes cum Laymann, Suarez, Portellio et Lezana, quod sufficit ad invalidandum privilegium, ut publicetur revocatio, et ut transeant duo menses a publicatione; ita ut pervenire possit notitia ad privilegiatos, quamvis de facto non perveniat^{b)}.

Actum est usque adhuc de privilegiis in communi. In sequentibus Capitibus agitur de privilegiis in particulari ecclesiarum, episcoporum et religiosorum.

nadv., tr. 3, singular. 15, n. 4. - ¹ Tr. 10, de Censur., cap. 2, n. 81, i. f. - ² Tr. 18, de Privileg., cap. 2, n. 45 et seqq. - *Laym.*, lib. 1, tr. 4, cap. 23, n. 28. - *Suar.*, de Legib., lib. 8, cap. 40, n. 2 et seqq. - *Portel.*, Dubia regul., v. *Privilegii cessatio* per revocat., n. 69. - *Lesana*, v. *Privilegia*, n. 20.

n. 1, non amittit vim ante certificationem revocationis seu suspensionis ».

^{b)} Auctores hujus secundae sententiae eam limitant ad casum, quo privilegii revocatio fit per legem communem; si vero agatur de revocatione per hominem vel alio modo privato, ut revocatio effectum sortiatur, requiri notificationem ipsi privilegiato factam. Et sic ambae sententiae optime possunt inter se conciliari.

Revocatio expressa, tacita.

Revocatio specialis quando requiritur.

Non requiritur intimatio revocationis.

¹ De Legib., lib. 8, cap. 37, n. 5, 6 et 9. - ² Loc. cit., n. 13. - ³ Loc. cit., n. 30 et 35. - *Rodrig.*, Quaest. regular., tom. 1, qu. 9, art. 6. - *Portel.*, Dub. regular., v. *Privilegium*, n. 31. - ⁴ De Legib., lib. 8, cap. 38, n. 1. - ⁵ Loc. cit., punct. 21, § 4, n. 5. - ⁶ Loc. cit., n. 16. - ⁷ Loc. cit., cap. 2, n. 40. - *Bonac.*, disp. 1, de Legib., qu. 3, punct. 8, § 3, n. 13.

16. - ^{a)} Miranda non videtur satis recte citari; loquitur enim de privilegiis revocatis per Tridentinum, et ait, *Man. praelat.*, tom. 2, qu. 42, art. 3, vers. *Sed alii*: « Illa solummodo privilegia per supradictum concilium Trid. esse abrogata et revocata, quae continentur in illis decretis, in quibus formaliter et expresse revocantur et derogantur regularium privilegia, et in quibus apponitur illa clausula: non obstantibus quibuscumque privilegiis in contrarium existentibus; cetera vero non, etiamsi eidem concilio aut sacris canonibus alias videantur esse contraria ». Quibus sic dictis, exponit rationes hujus opinionis et responsa ad objectiones; et concludit, negans se velle iudicem agere in hac controversia, « quamvis utraque videatur sententia congruis inniti fundamentis ». - Notandum etiam est quod Mazzotta, tr. 1, disp. 5, qu. 2, cap. 1, qu. 1, vers. *An autem*, auctores citat, ut negantes satis esse ad revocationem privilegiorum regularium, eam quae tacite et implicite in Tridentino continetur.

^{b)} Bonacina, loc. cit., § 3, n. 17, videtur contrarium tenere: « Privilegium praecedens, inquit, non insertum corpori juris, non revo-